1766 HIN. 249993

MARIA THERESIA DEI Gratia Romanorum Imperatrix Vidua Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, et Schavoniæ &c. Regina Apostolica Archi-Dux Austriæ &c.

Reverendi, Honorabiles, Spectabiles ac Magnifici, Magnifici item Egregÿ, et Nobiles Fideles Nobis Dilecti. Probè memineritis Instantiam Helenæ Debellakin, gremialis v(est)ræ Possessionis Sandorff Incolæ tenore cujus Summam 100 f(lo)r(e)num apud Loci Parochum præhabitam, hac autem fatis concedente, cum Substantia hujus, per Vice Archi-Diaconum Districtûs versus fluvium Lajtha apprehensam, Sibi restituendam benignè ordinari supplicuerat, penes benignum Rescriptum ad vos Sub 19.º Mensis Aprilis Anno proximè præterito et A(nn)o 1766. expeditum ad Informationem vestram remissam extitisse.

Et quia demandata hæc Informatio per vos Submittenda in præsentiarum usq(ue) tardaret: Supplicans porrò facto ulteriori humillimo recursu petitum Suum adurgeret: Eapropter fine Informationis istius primoquoq(ue) Tempore Submittendæ, vos clementer daximus reflectendos, id prætérea benignè Committentes, ut præcavere debeatis, ne Supplicans hic, ob factum, ac reiteratum recursum quaqua ratione molestetur, vapuletq(ue). In reliquo vobis gratiâ nostra Cæsareo-Regiâ benignè propensæ manemus. Datum in Archi-Ducali Civitate Nostra Vienna Austriæ, Die Trigesima prima mensis Maij Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Septuagesimo S-e-p-t-i-m-o.

Maria Theresia

Josephus Bajzath, E. Eppus Weszprim(ensis)

Antonius Klobusiczky

Lect. Publicat. Sub Generali Congregatione die 8 Xbris 1777. in oppido Magyar Ovar celebrata. 946 ~~36.~~ 777

Ad Instantiam Helenae Debelatti informatio submittenda.

2766.

Von Seiten der Königl. Hung. Hof. Kanzley

Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis, Magnificis Item, Egregiis, et Nobilibus N. N. Supremo ac V. Comitibus Judlium et Jurassoribus, ac toti Universitati Dominorum Prelatorum, Baronum, Magnatum et Nobilium Comitatus Mosoniensis Fidelibus Nobis Dilectis.

Ex Offo

~~Posonij~~ Mosony